



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thomæ A Kempis Canonici Regvlaris Ord. S. Avgvstini De Imitatione Christi Libri Qvatvor

Thomas <von Kempen>

Antverpiæ, 1617

Cap. XXXVIII. De bono regimine in externis, & recursu ad Deum in
periculis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45760](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45760)

CAP. XXXVIII.

*De bono regimine in externis, & re-
cursu ad Deum, in periculis.*

FILI, ad istud diligenter tendere debes, vt in omni loco & actione, seu occupatione externa, sis intimus liber, & tui ipsius potens, & sint omnia sub te, & tu non sub eis: vt sis Dominus actionum tuarum & rector, nō seruus nec emptitius: sed magis exemptus verusque Hebræus, in sortem ac libertatem transiens filiorum Dei: qui stant super præsentia, & speculantur æterna: qui transitoria sinistro intuentur oculo, & dextro cælestia: quos temporalia non trahunt ad inhærendum, sed trahunt ipsi magis ea ad benè seruiendum: prout ordinata sunt à Deo, & instituta à summo opifice, qui nil inordinatum in sua reliquit creatura.

2. Si etiam in omni euentu stas, non in apparentia externa, nec oculo carnali lustras visa vel audita: sed mox in qualibet causa, intras cum Moyse in Exo. 33 tabernaculum, ad consulendum Dominum:

minum:

2
6
Mat. 6. A
Ios. 9. I
 minum : audies nonnumquam diu-
 num responsum, & redies instructus
 de multis præsentibus & futuris. Sem-
 per enim Moyſes, recurſum habuit
 ad tabernaculum, pro dubiis & qua-
 ſtionibus ſoluendis: fugitque ad ora-
 tionis adiutorium, pro periculis &
 improbitatibus hominum ſubleuan-
 dis. Sic & tu confugere debes, in cor-
 dis tui ſecretarium, diuinum inten-
 tiùs implorando ſuffragium. Propter
 eà namque Iosue & filij Iſrael, à Ga-
 baonitis leguntur decepti: quia os
 Domini priùs non interrogauerunt,
 ſed nimium creduli dulcibus ſermo-
 nibus, falſa pietate deluſi ſunt.

CAP. XXXIX.

2.
2.
R
C
C
*Quòd homo non ſit importunus,
 in negotiis.*

C
FILI, committe mihi ſemper
 cauſam tuam, ego benè diſpo-
 nam in tempore ſuo. Exſpecta ordi-
 nationem meam, & ſenties inde pro-
 ſectum. Domine, ſatis libenter tibi
 omnes res committo; quia parum po-
 teſt